

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Solemnes Quas Pari Fratrum ... Viris Dn. Augustino von der Lühe/ Vice Praesidi Dicasterii Sternbergensis dignissimo, Et Dn. Johanni Christophoro von der Lühe/ Ac Augustini von der Lühe/ Puerulo Gregorio Diderico von der Lühe/ Parant Respective Vidua ac haeredes moestißimi Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ...

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289592>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.
in
A. v. d. Lühe
et J. C. v. d. Lühe.
Rostock, 1639.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770289592/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289592/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770289592/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289592/phys_0003)


DFG



H. 8.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiae Doctor &
Professor.
AD EXEQUIAS SOLEMNES
Quas
Pari Fratrum,
Nobilissimis ac strenuis VIRIS
Dn. AVGUSTINO von der Lühe/
Vice Præsidi Dicasterij Sternbergensis dignissimo,
Et Dn. JOHANNI CHRISTO-
PHORO von der Lühe/
Ac AVGUSTINI von der Lühe/
Puerulo
GREGORIO DIDERICO

von der Lühe/
Parant—
Respective vidua ac heredes mæstissimi
Omnes omnium ordinum Cives Academicos, quæ par est di-
ligentia invitati ad horam tertiam pomeridianam in æde Mariana.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typograph.
Anno M. DG. XXXIX.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiæ Doctor
& Professor.

Iehovæ vias ac homi-
num semitas multum differre,
ne longè abeamus, quotidiana
testantur insperata funera.
Videmus enim præter opinio-
nem hinc à supremo rerum
omnium gubernatore avocari illos, qui nobis
censoribus, Ecclesiæ ac Reipubl. utilem nava-
re potuissent operam. Econtra alios inter vi-
vos conservari, qui planè fungi sunt, & fuci
fruges consumere natí, nec Deo nec proximo
iūservientes. Dùm itaq; prioris generis homi-
nes opinione nostra citius vitæ hujus usura,
privari videmus non leve irati Dei illud esse in-
dicium merito cogitamus. Ut autem ad ipsos
nostros defunctos fratres nos vertamus, pro-
grammati hujus ratio postulat. Illorum pri-
mus vir Nobilissimus & Strenuus AUGUSTI-
NUS von der Lühe/ natus in hanc lucem An-

R 2

no

no 1604. ipso die Jovis festum Michaelis præcedente. Postquam per Baptismum Christi fidem dedit, deinceps virtutibus Nobilem personam decentibus à teneris assuetus fuit. Et cum per ætatem inbibendis literis aptus esset videbatur, tempus non otio, sed honesto negotio transegit. In ipso autem studiorum suorum exordio singularia statim edidit ingenij specimina. Cumq; illos in literis fecisset progressus, ut continuandorum studiorum gratia ad Scholas regias mitti potuerit, Anno 1620. ætatis anno 16. huc missus est una cum fratre ECHARDO von der Lühe / usus Mensa & hospitio viri Amplissimi & consultissimi Dn. D. HENRICI STALLMEISTERI, potentissimi Regis Daniæ quondam Consiliarij, & aulæ Butzoviensis Cancellarij. Cujus viri conversatio ita defuncto nostro placuit, ut per integrum quadriennium ibidem substiterit, ac studijs benè cæptis incubuerit, testibus non nullis dissertationibus Philosophicis, Præside viro Clarissimo Dn. M. JACOBO BREGERO, nunc Superintendentे Nieburgensi vigilissimo, institutis. Præmisso studio Philosophico, porro Jurisprudentiæ animum applicuit, & laudandos in illa progressus fecit. An-

no

no 1620, ob pestem h̄ic gliscentem Academiam
viciam Gryphiswaldensem continuandorum
studiorum gratia visitavit. Ibidemq; publicum,
eruditionis specimen edidit, disputando de
Jurisdictione, præside Viro Consultissimo Cla-
rissimo & Excellentissimo Dn. D. MATTHIA
STEPHANI, Professore illius Academiæ cele-
berrimo. De hinc una cum fratre Anno 1625
Lipsiā contendit, indeq; Coloniā profecto
studia continuavit. Anno 1627. in Galliam per
Belgium & Hispaniam iter fecit, & quæ pere-
grinantibus notanda observavit. Postea Sedam
se contulit, quæ civitas est Ducis de Buillon pri-
maria. Ibi mores aulicos vidit, & fugienda ac
observanda notavit. Hinc pariseos addiscendæ
linguæ Gallicæ purioris gratia abijt, alijsq; exer-
citijs equestribus operam navavit. Elapso tem-
pore semestri, cùm finem instituti itineris una
cum fratre asseditus esset, sese ad alia contulit
loca, Aureliam, Blæsium Tours sive Cæsaro du-
num peragravit, qua occasione celebrem ilam
obsidionem Rochelle sive Rupelensem vidit &
postea Lugdunum profectus in Italia m iter cum
fratre meditabatur. Verum revocati à parenti-
bus, incidente tum temporis Ducatus Megapo-
litani Magistratus summi permutatione, alijsq;

R 3

evenien-

evenientibus pressuris.] Cumq; iter domum
versus ruto per Germaniam suscipere non po-
tuissent, per Galliam, Selandiam & Belgium,
præfeci Anno 1629. feliciter patrios attigerunt
lares. Anno sequente 1630 defunctus noster
AUGUSTINUS von der Lühe ob singularem
eruditionem assessor Dicasterij Sternbergensis
electus est. Et quamvis iter Italicum ingredi
constituerat, suadentibus tamen amicis voca-
tionem hanc utpote legitimam prætulit. Offi-
cio demandato, tanta cum dexteritate præfuit
ut illius diligentiam collegæ ipsius hodienum
meritò agnoscant. Unde permotus Illustrissi-
mus & celsissimus princeps ac Dominus, beatissi-
mæ memorie, Dn. JOHANNES ALBER-
TUS &c. defunctum nostrum Anno 1633. vice
præsidem Dicasterij Sternbergensis constituit.
Quam functionem non sine sanitatis propriæ
jactura laudabiliter ac fideliter administravit,
jus sine personarum respectu unicuiq; dixit,
nec se in muneribus corrumpi passus fuit, An-
no 1633. singulari Dei providentia, & matura
præmissa amicorum deliberatione Sponsam
elegit Nobilissimam & pudicissimam virginem
SOPHIAM MARGARETAM von Be-
vernest / viri Nobilissimi & maxime strenui
GRE-

GREGORII von Bevertessi/ Consiliarij M-
gapolitani & præfecti Plauuensis, Hæreditarij
in Lüssebiß filiam, nunc eheu moestissimam vi-
duam Nuptiæ Dominica prima Adventus ejus-
dem anni in Arce Plauensi feliciter peractæ
sunt. Conjugium hoc auspiciatissimum equi-
dem & optatissimum, attamen non diuturnum
fuit, vix enim quinquennium integrum in eo-
dem vixit. Duos tempore conjugij defunctus
noster ex duleissima conjugje notos vidit filio-
los, VOLRADUM FRIDERICUM, &
GREGORIUM DIDERICUM, ex qui-
bus natu major adhuc in vivis, natu minor ve-
rò terris excessit, & patrem secutus est, ante-
quam præsentis seculi malitia corrumperet
animum illius; nunc vero una cùm patre ad
dormitorium deducitur. Vitam quod spectat
defuncti nostri, omnes illi norunt conversa-
tione illius usi, quod pietatis & honestatis fue-
rit amantissimus. Verbum enim Dei diligenter
audivit, & sacramenta à Deo instituta magni
fecit, statas precum horas dietim habuit, exuli-
bus alijsq. indigentibus hilari animo succur-
rit. Communem hanc quam omnes experi-
mur calamitatem crebris gemitibus agnovit,

eos

cosq; qui hoc tempore morerentur felices
prædicavit. Anno 1638. cum exercitus Cæsa-
rianus Sternbergæ confertim viveret, crebri
inde orti sunt morbi, quo factum ut & defun-
ctus noster morbo corruptus decumberet. Et li-
cet initio parum subesse periculi videretur, vi-
cit tamen vis morbi præter omnem exspecta-
tionem. Mortem præ foribus esse præsentia-
scens, omnibus rebus mundanis renuntiavit,
sequeb; ad Deum convertit. Cumq; Dn. Præsi-
dem Dicasterij ad se vocasset, & domui suæ di-
sposuisset, confessionarium suum vocari juf-
sit, & facta peccatorum suorum confessione
S. cœna usus est. Instructus itaq; sancto hoc
viatico, 29. Maij mane inter 2. & 3. horam qua-
si ad quietem sese compositurus, sine ullo do-
loris indicio vitam hanc clausit. Alter noster
defunctus vir Nobilissimus & strenuus JO-
HANNES CHRISTOPHORUS
vonder Lühe, defuncti prioris frater Germa-
nus 20. Decembr. Anno 1612. lucis hujus usu-
ra fructus est, & accepto Baptismatis Sacra-
mento, non minore ut prior solicitudine à
parentibus virtutibus Nobili dignis enutritus,
& fideli Præceptorum opera informatus fuit.

Adul-

Adultior factus magis militiæ sagatæ, quam togatæ
addictus consensu itaq; tutorum, parente mortuo
Anno 1632. in Belgium profectus est, operamq;
suam militarem obtulit Illustri & Generosiss. Comi-
ti Dn. HEINRICO CASEMIR von Nassow/&c.
cui per biennium militavit & interea tempo-
ris præcipua loca perlustravit, & conditiones
sive occasiones militares non neglexit. Studio Ma-
thematico, fortificationibus alijsq; exercitiis eque-
stribus deditus fuit. Anno 1634. Belgio relicto
in Angliam trajecit, ibidemq; Inglastadij & Oxonię
spacium semestre substituit, & interea temporis præ-
cipua loca peragravit & observanda notavit. E-
lapsò spatio annuo scientiam linguæ Galliæ asse-
cutus, Pariseos concessit & Aureliam. Ibi certior fa-
ctus calamitosi Ducatus Megapolitani status redi-
tum adornavit, arq; Pariseos reversus inde Roto-
magum. Anno 1637. feliciter huc appulit. Ubi
vero perturbata deprehendit omnia, & prudentia
sua se parum rebus ita stantibus in ordinem reda-
eturum vidiit, denuo Belgiū videndi cupiditas, de-
functum nostrum incessit, que tamen voluntas, Deo
aliter disponente impedita fuit. Anno enim
1638. 7. Aprilis variolis corpus ita debilitatum, ut
licet commoda morbo venienti data sint remedia,
illa tamen morbi vehementia eluserit. Unde fa-
ctum ut 13. ejusdem, postquam pridie S. Euchari-
stia animam corroboravit, Deo spiritum placide
reddiderit, inter secundam & tertiam matutinam.
Quod si utriusq; fratri & inde ex alterutro enati

):

suc.

surculi consideremus maiores, longiori illis vita
dignissimos fuisse fatemur, ex antiquo enim stem
mate von der Lühe / ortum trahunt. Patrem
commanem habuerunt virum Nobilissimum & ma-
xime Strenuum Wolraht von der Lühe/Consiliarium
Megapolitanum & Consiliarium in Schulenberg.
Avum paternum virum itidem Nobilissimum &
Strenuum AUGUSTINUM von der Lühe/hæreditar-
rium in Schulenberg. Aviam maternam Matro-
nam Nobilissimam & honestissimam Gesche Preen/
Nobilissimi & Strenui Viri Dn. Wolrath Preen/
Consiliarij Megapolitani, ut & hæreditarij in Wolt/
filiam. Proavus paternus fuit Vir Nobilissimus
& Strenuus Claus von der Lühe / hæreditarius in
Schulenberg/Proavia materna Nobilissima matro-
na ANNA Molszans / ex domo Schorstow oriun-
da. Atavia una ex Nobili Stemmate Bibowen/
orta, de domo Westenbrüg. Altera de prosapia
von der Hahlen/de domo Neig/ Tertia ex familia die
Hahnen/de domo Bassidow. Quarta von Beichlo-
wen/ de domo Warlow. Cognati horum defun-
ctorum fratum de Nobilissima familia ab Hahnen.
MARIA von Hahnen/Quæ patrem habuit Egbert
Hahn/hæreditarium in Arnßberg/ & Kolvow. Avi-
am ANNA von Buchlowen/ de domo Weinigen vnd
Gudow. Atavus fuit Vir Nobilissimus & Strenuus
Bastian Hahn/hæreditarius in Arnßberg & Kolvow.
Altera Atavia de familia von Gräben/de domo Li-
eien in Electoratu Brandenburgico. Alia Atavia
de familia Jansen/ domus Rehbergensis Tritavia
de

de familia Gabowen / Kirchborpen / Rostwigen / & Gabowen. Hisce nobilibus majoribus orti defuncti debuissent si humano judicio fuisse standum, diutius vixisse. Sed Deo aliter visum. Relicta ergo vidua ac haeredes moestissimi, cum se se divinae conformarint voluntati, statuerunt corporum exuvias communi nostrae matri terrae, unde desumptae sunt reddere. Rogant itaq; Academiae Cives omnes & singulos ultimum humanitatis officium respectiue marito fratri & filio praestetis. Quod & ego meo loco fieri hortor & inoneo. Certe si quisquam illo honore dignus p.m. AUGUSTINUS von der Luh/ ordini nostro addictissimus, illo dignissimus est. Quod ego qui una cum illo in Academia hac vixi testari possum. Facite ergo Cives Academicorum, ut qui vos vestrumq; statum impensis dum vivebat dilexit & magnificavit, ut reciprocum in morte sentiat amorem. Quo alij ad ordinem nostrum amandum & magnificiendum frequentia vestra estimulentur. Fiet vero conventus in templo Mariano hora tercia pomeridiana. Dab. Rostochij sub sigillo Universitatis 29. Julij
Anno 1939.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn770289592/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289592/phys_0018)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770289592/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770289592/phys_0020)

DFG

Adultior factus magis militiae saga
addictus consensu itaq; tutorum,
Anno 1632. in Belgum profectus
suam militarem obtulit Illustri & G.
ti Dn. HEINRICO CASEMIR
cui per biennium militavit &
ris præcipua loca perlustravit,
sive occasiones militares non negle-
thematico, fortificationibus alijsq,
stribus deditus fuit. Anno 1634.
in Angliam trajecit, ibidemq; Inglo-
spacium semestre tubistit, & interca-
cipua loca peragravit & observan-
tis spatio annuo scientiam linguis-
cutus, Pariseos concessit & Aurelian
Eius calamitosi Ducatus Megapolita-
num adornavit, atq; Pariseos rever-
magum. Anno 1637, feliciter hu-
vero perturbata deprehendit omnia
sua se parum rebus ita stantibus in
etrum vidit, denuo Belgiū videndi
funetum nostrum incessit, que tamen
aliter disponente impedita fuit.
1638. 7. Aprilis variolis corpus ita
littere commoda morbo venienti data
illa tamen morbi vchementia eluscer
Etum ut 13. ejusdem, postquam pridi-
stia animam corroboravit, Deo spir-
reddiderit, inter secundam & tertiam
Quod si utriusq; fratrīs & inde ex al-



the scale towards document

292

Patch Reference number on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.